

CURRENTA

Facultates matrimoniales

Ordinario Tarnoviensi rescripto S. Congregationis de disciplina Sacramentorum die 27. Iunii h. a. Nr. 26112 ratione difficultatis communicationis cum Sede Apostolica concessae.

Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a SSmo D. N. Benedicto Papa XV. sibi tributarum, attentis expositis, Ordinario Oratori infrascriptas ad quinquennium communicat facultates, quibus, sive per se sive per alias idoneas ecclesiasticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimoniis contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus et aliis omnibus in proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius apostolicae delegationis ad normam Can. 1057:

1. Dispensandi *iusta et rationabili ex causa* super matrimonialibus impedimentis minoris gradus quae in Can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis impredientibus de quibus in Can. 1058 ad effectum tantum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi *ex gravi urgentique causa* quoties periculum sit in mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur super impedimentis maioris gradus infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis; dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoriatur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit dubium quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinato vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis minoris gradus si magnum adsit incommodum requirendi a parte ignara impedimenti renovationem consensus, dummodo tamen prior consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta adnotatione in libro matrimoniorum.

In usu facultatum de quibus in praesenti folio, prae oculis habeantur quae in Can. 1048 ad 1054 statuta reperiuntur.

Curet Ordinarius in singulis praefatis concedendis dispensationibus ut nupturientes, qui pares solvendo inveniantur, aequam oblationem iuxta vires persolvant in obsequium Sanctae Sedis.

Podając do wiadomości powyższy reskrypt zwracamy uwagę X. X. Proboszczów, że dyspenz od przeszkód *maioris gradus* według numeru 2. udzielać możemy tylko wówczas, gdy istnieje *urgens gravisque causa* i sprawa zawarcia małżeństwa nie może uleść zwłoce. W innych wypadkach o dyspenzę od przeszkód *maioris gradus* odnosić się musimy do Nuncyatury Apostolskiej w Warszawie, która na mocy delegowanej władzy w imieniu Stolicy Apostolskiej udziela dyspenz łatwo i szybko, zazwyczaj w ciągu miesiąca — albo nawet jak obecnie do Rzymu, gdyż nowo mianowany Nuncyusz przybędzie do Warszawy dopiero po kilku miesiącach. Dlatego, o ile zachodzą warunki przewidziane w numerze 2. przytoczonego reskryptu, należy je w prośbie o dyspenzę dokładnie opisać i na tenże reskrypt się powołać.

Zwracamy również uwagę na końcowy ustęp tegoż reskryptu, dotyczący taks, które nupturjenci opłacać winni na rzecz Stolicy Apost. z okazji otrzymanej łaski; nie są to, jak niektórzy sądzą, ofiary na wydatki kancelaryjne z uzyskaniem dyspenz połączone, a które petenci osobno pokrywać winni, ale ofiara na utrzymanie Stolicy Apostolskiej „aequa“ t. j. odpowiednio do stanu majątkowego petentów wysoka; o ile chodzi o wymiar tych ofiar należy się trzymać reguł podanych w podręcznikach a przedewszystkiem w Curr. 6, 11, r. 1881 (Podręcznik X. Bernackiego str. 33 i n.) uwzględniając obecny spadek waluty.

Przy tej sposobności przypominamy X. X. Proboszczom, aby prośby o dyspenzę pisali dokładnie nie pomijając określenia wieku i stanu narzeczonych, a przyczyny podawali po ich dokładnem stwierdzeniu; im większa przeszkoda tem ważniejsze i dokładniej stwierdzone winne być przyczyny, bo jedynie dyspenzy od przeszkód *minoris gradus* wykazane w kan. 1042 są ważne, mimo, że *causa finalis* podana została błędnie lub fałszywie.

Nr. 2872.

Facultates quinquennales

a S. Poenitentiaria Ordinario Tarnoviensi rescripto diei 13. Maii h. a. pro foro interno concessae.

I. Absolvendi quoscumque poenitentes (exceptis haereticis haeresim inter fideles e proposito disseminantibus) a quibusvis censuris et poenis ecclesiasticis ob haereses tam nemine audiente vel advertente quam coram aliis externatas incursis; postquam tamen poenitens magistros ex professo haereticalis doctrinae, si quos noverit, ac personas ecclesiasticas et religiosas, si quas hac in re complices habuerit, prout de iure, denunciaverit; et quatenus ob iustas causas huiusmodi denunciatio ante absolutionem peragi nequeat, facta ab eo seria promissione denunciationem ipsam peragendi cum primum et quo meliori

modo fieri poterit, et postquam in singulis casibus haereses coram absolvente secrete abiuraverit; iniuncta pro modo excessuum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas coram quibus haereses manifestavit, atque illata scandala reparandi.

II. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui libros apostatarum haereticorum aut schismaticorum, apostasiam, haeresim aut schisma propugnantes, aliosve per Apostolicas Litteras nominatim prohibitos defenderint aut scienter sine debita licentia legerint vel retinuerint; iniuncta congrua poenitentia salutari ac firma obligatione supradictos libros, quantum fieri poterit, ante absolutionem, destruendi vel Tibi aut confessario tradendi.

III. Absolvendi a censuris eos qui impediverint directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, ad hoc recurrentes ad quamlibet laicalem potestatem.

IV. Absolvendi a censuris et a poenis ecclesiasticis circa duellum statutis, in casibus dumtaxat ad forum externum non deductis; iniuncta gravi poenitentia salutari, et aliis iniunctis, quae fuerint de iure iniungenda.

V. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui nomen dederint sectae massonicae; aliisque eiusdem generis associationibus, quae contra Ecclesiam vel legitimas civiles potestates machinantur; ita tamen ut a respectiva secta vel associatione omnino se separent eamque abiurent denuncient, iuxta can. 2336 § 2, personas ecclesiasticas et religiosas, si quas eidem adscriptas noverint; libros, manuscripta ac signa eandem respicientia, si qua retineant, in manus absolventis tradant, ad S. Officium quamprimum caute transmittenda aut saltem, si iustae gravesque causae id postulent, destruenda; iniuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentatione sacramentalis confessionis et obligatione illata scandala reparandi.

VI. Absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis eos qui clausuram Regularium utriusque sexus sine legitima licentia ingressi fuerint, necnon qui eos introduxerint vel admiserint; dummodo tamen id factum non fuerit ad finem utcumque graviter criminis, etiam effectu non secuto, nec ad externum forum deductum; congrua pro modo culpae poenitentia salutari iniuncta.

VII. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis perfectae, privatim post completum XVIII aetatis annum emissi, qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi poenitentem monendo, ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si coniugi supervixerit.

VIII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio iam contracto; monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione, ac iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Item dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo pariter sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis; iniuncta gravi et diuturna poenitentia salutari.

Pontificia Commissio ad Codicis canones authenticè interpretandos.

Dubia soluta in plenariis comitiis Emorum Patrum die 1. Martii 1921.

I. In quibusdam Institutis votorum simplicium vota emittuntur sub hac vel simili conditione apposita: „*Donec in Congregatione vivam*“, ita ut alumnus, sive sponte discedat sive a Superioribus dimittatur, ipso facto a votis liber evadat. Hinc quaeritur:

1. In hisce Institutis debetne tali professioni praemitti triennium votorum temporaneorum, ad normam can. 574?

2. In dimissione alumnorum, qui similem professionem emiserunt, debentne servari can. 674—648 de dimissione eorum, qui vota perpetua emiserunt?

Resp.: Ad 1-um. Negative.

Ad 2-um. Pro iis qui vota iam emiserunt sub hac conditione, servantur canones 646, 647 et 648.

II. In can. 681 praescribitur ut in dimissione alumnorum Societatum sine votis servantur canones 646—672, qui de dimissione religiosorum agunt. Cum vero hi canones diversa praescribant, pro diversitate casuum votorum temporaneorum aut perpetuorum, quaeritur ad quemnam casum referri debeat praescriptio praedicti can. 681, cum in eo agatur de alumnis qui nulla vota emittunt?

Resp.: Si vinculum quo adstringuntur sodales Societatis sine votis est temporale, servantur canones qui agunt de dimissione religiosorum qui vota temporaria emiserunt; si sit perpetuum, servantur canones de dimissione religiosorum qui vota perpetua nuncuparunt.

III. Cum in Constitutionibus quarundam Congregationum Religiosarum iuris pontificii in formula professionis nulla fiat mentio Antistitae, sed tantummodo Episcopi vel eius delegati, quaeritur;

1. An Episcopus vel eius delegatus in casu habendus sit legitimus Superior secundum Constitutiones ad professionem recipiendam, de quo in can. 572, § 1, n. 6.

2. An lege clausurae papalis, de qua in can. 597—600, comprehendantur etiam moniales, quarum vota, quamvis ex Instituto deberent esse sollemnia, tamen in aliquibus locis, ex praescripto Sedis Apostolicae sunt simplicia.

Resp.: Ad 1-um. Affirmative, tamquam habens legitimum mandatum.

Ad 2-um. *Negative*, ratione indulti apostolici adhuc in vigore manentis.

IV. Utrum ad normam can. 1045, § 1, clausula „*quoties impedimentum detegatur cum iam omnia sunt parata ad nuptias*“, intelligi debeat stricto sensu, scilicet quod impedimentum antea omnino ignotum fuerit et tunc resciaur, an potius eo sensu quod, quamvis antea cognitum, tunc solum tamen ad notitiam Parochi aut Ordinarii sit delatum.

Resp. Negative ad 1-am partem, Affirmative ad 2-am.

Mutationes in Missali Romano.*)

Ad normam novae editionis typicae Missalis R. iuxta ea, quae in Curr. Nr. III. dicta fuere, sequentes mutationes factae in Missali afferuntur:

1. Die 18. Iunii Missa nova de *S. Ephraem* Syro Diacono, Conf. et Eccl. Eccl. Doct.

2. Die 5. Iulii in Epistola de *S. Antonio Zaccaria* initio „*Pietas*“ praemittatur verbum: „*Carissime*“:

3. Die 18. Iulii in Missa *S. Camilli* de *Lellis* mutata est Secreta: Hostia immaculata, qua illud Domini nostri Jesu Christi immensae caritatis opus renovamus, *sit Deus Pater omnipotens*, sancto Camillo intercedente, contra omnes corporis et animae etc.

4. In Missa de *S. Joachim* die 16. Augusti (In Missalibus, antiquioribus Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. V.) mutatus est Versiculus Gradualis, ut sequitur: V. O. Joachim, *sanctae* coniux Annae, pater almae Virginis, hic famulis *fero* salutis opem. Alleluia.

5. In Missa *In medio*, de Communi Doctorum, loco unius Secretae duae substitutae sunt. Initium secretae Doctoris Pontificis erit: Sancti N. *Pontificis tui atque Doctoris* nobis, Domine etc;

Quarum prima etiam die 28. in Missa *S. Augustini* ECD. utatur; item Postcommunio corrigatur iuxta illam de Communi: Ut nobis... beatus Augustinus *Pontifex tuus et Doctor egregius*, quaesumus precator accedat. Per Dominum

*) In priori decreto *de Mutationibus in Missali* omittatur exemplum in Nr. 4. erronee adductum de ultimo Evangelio in festo s. M. Magdalenae; sub. Nr. 5. autem loco „regressu“ legatur „ingressu“.

Dodatek o św. Józefie do aktów strzelistych „Niech będzie Bóg uwielbiony“.

Ojciec św. Benedykt XV. na prośbę wielu Biskupów i wiernych polecił, aby ku czci św. Józefa w aktach strzelistych „Niech będzie Bóg uwielbiony“ po słowach: „Niech będzie pochwalone Imię Marji Dziewicy i Matki“ dodawano wezwanie: „*Niech będzie pochwalony św. Józef Jej najczystszy Oblubieniec*“, co przyczyni się do pozyskania Opieki św. Józefa we wszystkich trudnościach życia, a zwłaszcza w chwili śmierci.

Egzamin teologiczny

przepisany kan. 130. odbędzie się w roku bieżącym dnia 23. sierpnia w auli Seminarjum duchownego o godz. 10. przed południem. *Kapłani wyświęceni w roku 1918, 1919 i 1920* przygotowują się do tego egzaminu z prawa konicznego i z teologii pasterskiej.

Msze św. Związku mszalnego.

Mszę św. na intencję osób wpisanych do dyecezalnego Związku mszalnego w II. półroczu br. t. j. od 1. lipca do 31. grudnia 1921. odprowadzą następujący p. t. Kapłani:

Nowak Stanisław, Odziomek, Oleksik Antoni, Oleksik Jan, Opoka, Orczyk, Orzech, Orzechowski, Osiecki, Osmólski, Owsianka, Pabian, Paciorek, Paczyński, Padykuła Karol, Padykuła Józef, Palka, Palka Franciszek, Papież, Dr. Paryło, Pawlikowski, Pawlus, Pendracki, Piaskowy, Piech, Piechowicz, Piechura, Piekarzewski, Pierzga, Piękoś, Pięta, Pilch Jan, Pilch Ludwik, Piotrowski Marceli, Piotrowski Walenty, Piszczkiewicz, Piś, Podolski, Poniewski, Potoniec.

O odprawieniu tej Mszy św. zechcą wymienieni P. T. Kapłani Kurję Biskupią w swoim czasie powiadomić.

L. 2926.

Msze św. w święta zniesione do odprawienia.

Wszyscy X. X. Proboszczowie (nie Expozyci) odprowadzą dnia 25. i 26. lipca tudzież 10. i 24. sierpnia (jako w święta zniesione) Mszę św. *ad intentionem dantium*. Stypendja za te Msze św. przypadające oddano do funduszu Małego Seminarjum. X. X. Dziekanów prosimy, by pilnie czuwali nad wykonaniem niniejszego polecenia, gdyż idzie tu o sprawę ważną, która obciąża sumienia.

Gdyby który z X. X. Proboszczów dla jakiej ważnej przeszkody nie mógł odprawić w dni nakazane powyżej tej Mszy św. powinien o tem donieść.

Polecenie niniejsze nie dotyczy tych X. X. Proboszczów, którzy w święta zniesione są obowiązani do aplikowania pro populo.

Z końcem sierpnia br. oczekujemy relacji od X. X. Dziekanów.

Nowy ustrój krajowych władz szkolnych.

Ministerstwo Wyznań Religijnych i Oświecenia publicznego w porozumieniu z Ministrem Spraw wewnętrznych, rozporządzeniem z dnia 8. lutego 1921 (Dz. p. p. Nr. 16) zniósło na mocy art. 10 ustawy z dnia 4 czerwca 1920 istniejącą na zasadzie galicyjskich ustaw krajowych Radę szkolną krajową i utworzyło z obszaru podległego jej dotychczas jeden okręg szkolny lwowski pod nazwą „*Kuratorjum Okręgu Szkolnego Lwowskiego*“ z siedzibą Kuratora we Lwowie.

Kurator wchodzi w zakresie administracji szkolnej — z wyjątkiem szkół akademickich — we wszystkie uprawnienia i obowiązki jakie dotychczas należały do Naczelnika krajowej władzy politycznej.

Równocześnie nastąpiła zmiana nazwy dotychczasowych Rad szkolnych okręgowych na „*Rady szkolne powiatowe*“, a inspektorów szkolnych okręgowych na „*Inspektorów szkolnych*“.

Przewodniczącym Rady szkolnej powiatowej jest odtąd Inspektor szkolny, który wchodzi w zakresie administracji szkolnej we wszystkie uprawnienia i obowiązki, które należały dotychczas do naczelnika powiatowej władzy politycznej jako Przewodniczącego Rady szkolnej okręgowej. (Reskrypt Kuratorjum okr. szk. lwowskiego z dnia 24. marca 1921 L. 319/pr.).

Wynagrodzenie duszpasterzy za naukę religii.

Kuratorjum Okręgu Szkolnego Lwowskiego podało do wiadomości Kurji okólnik swój z dnia 18. kwietnia 1921 L. 2631/III do wszystkich Rad szkolnych powiatowych i miejskich w sprawie zajęć duszpasterskich nieetatowych nauczycieli religii, następującej osnowy:

Powołując się na okólniki z dnia 15. marca 1910 L. 3924/I i z dnia 16. czerwca 1920 L. 14996/I Kuratorjum Okręgu Szkolnego Lwowskiego podaje do wiadomości, że w myśl rozporządzenia Ministerstwa Wyznań religijnych i Oświecenia publicznego z dnia 22. lutego 1921 Nr. 4518/I duszpasterze parafji, którzy udzielają nauki religii w szkołach powszechnych jako nauczyciele nieetatowi, obejmują młodzież szkolną swoją pracą duszpasterską już z tytułu swoich obowiązków duszpasterskich parafji. Wobec tego należy brać za podstawę przy obliczaniu wynagrodzenia nieetatowych nauczycieli religii (duszpasterzy-proboszczów, administratorów parafji, wikarych) tylko ilość godzin samej właściwej nauki religii bez doliczania godzin za zajęcia duszpasterskie, jak to dotychczas niesłusznie praktykowano.

Kongres tercyrarski w Krakowie.

Z powodu siedmsetnej rocznicy założenia Trzeciego Zakonu dla ludzi w świecie żyjących przez św. Franciszka z Assyżu — odbędzie się w dniach 2. 3. i 4. sierpnia br. oprócz uroczystości kościelnych, polski Kongres tercyrarski który obradować będzie w dniach 3. i 4. sierpnia na kruzgankach klasztoru OO. Franciszkanów w Krakowie. Wiadomo, jaki wpływ moralny może wywierać Trzeci Zakon na rodziny, parafje i całe społeczeństwo, gdy jednolicie a dobrze zorganizowanym zostanie, co będzie głównym zadaniem odbyć się mającego Kongresu. To też zwracamy się do W. Duchowieństwa parafjalnego z zachętą, aby kto może, zwłaszcza XX. Dyrektorzy wzięli w nim udział, jak niemniej tercjarze, szczególnie przełożeni i członkowie rady.

Katolicka Propaganda Misyjna.

Otrzymujemy nowe piśmko kwartalne, które się zaczęło ukazywać pod tym tytułem od lipca z. r. Program swój wypowiada w artykule wstępnym, który

zaznacza charakter ściśle katolicki nowego wydawnictwa, przeznaczonego do budzenia i rozpowszechniania znajomości misji katolickich. Następują potem zajmujące opowiadania z Misji, zawierające wiadomości nie tylko ciekawe i oryginalne dla wszystkich, ale dostarczające również Duchowieństwu materiału dydaktyczno-apologetycznego. Pisemko to wydawane przez gorliwą dla spraw Kościoła, Sodaliję św. Piotra Klawera, można zakupywać pojedynczo (cena 5 Mkp.) albo też prenumerować we wszystkich biurach tejże Sodaliji, Kraków, ulica św. Marka 25.

Ze względu na wysokie kosztą przesyłki nie można prenumerować mniej niż 5 egzemplarzy pod jednym adresem, które kosztują rocznie 50 Mkp. Cały czysty dochód z pisma przeznaczony dla Misji katolickich w Afryce. Prenumerować można również za pośrednictwem księgarni katolickich.

Mutationes inter Venerabilem Clerum.

Decoratus usu Expositorii can. R. D. *Ioannes Solak*, Parochus in Grybów.
Instituti R. Dni: *Andreas Rejowski*, Catech. o Dembica — ad v. benef. in Lubzina; *Franciscus Habas*, Expositus e Tuszów — ad v. benef. in Rożnów; *Adalbertus Guzik*, Parochus e Korzenna — ad v. benef. in Słupiec.

Translati R. Dni: *Ioannes Drożdż*, provisor e Lubzina — ad Tuszów; *Ludovicus Pilch*, admin. e Rożnów — ad Korzenna (qua provisor); *Aloisius Skibniewski*, e Trzciana ad Radomyśl.

Applicatus R. Dnus *Stanislaus Król*, finito servitio milit. — ad St. Sącz; *Iocephus Rogoziński* ad Wojnicz.

Z KURYI BISKUPIEJ.

W Tarnowie, dnia 3. lipca 1921.

Ks. Dr. Stanisław Bulanda
kanclerz

† *Leon*
Biskup